

Nobili Dn. Roderico Dofen. Lud. Rocius.

293³⁶⁷
de die 1640.

Gratia et gloria à Domino Jesu.

Quanto me gaudio litera tua, nobilissime ac florentissime Domine Roderice, delibutum reddiderint, scribi vix potest. Enarrant enim quam suavissimis verbis maximorum virorum in te et nos quoque egregium affectum ac propensam voluntatem: eloquuntur totum iter, valetudinem et studia tua: testantur denique fidem tuam et amorem, quo nos prosequeris. Omnia statim, omnia cinnamum spirant, et summa quoque nobis et inelyte patrie familiae vestra promittunt. Vultu istius virtute et hanc fortunam reverenter habe. Nos votis nos precibus coeli favorem generosis ac piis coactibus tuis sollicitabimus et optimi Parentis tui animam in te propensissimum firmabimus in omni occasione. Perlegit literas, quas ad me dederas, et ad eas responderi à me voluit vir maximus, à quo tibi ac virtutibus tuis quovis spondere nulli dubito. Temporis interim ac sanctum eris accuratissimus dispensator, exemplo amicissimi Heiderisii nostri, cujus amicitiam et consuetudinem tibi non inutilem spero. Penetravit enim sagaci genio suo in arcana aulae et gentis Pataviae, quam hodie longe aliam à prisca totus admiratur orbis. Propter illius committitur tibi non erit in vili. Versari nunc in theatro orbis, in luce, cujus radiis colluminatus universam illustrabis patriam. Ita rogo, ita precor: fructus placeant, salubrem nos porro tuis, ubi commodum erit, tuis, inquam mellitissimis nos verbis edocebis. Eventum animis praecipimus sane optatissimum. Si occasio ferat, viris maximis D. Voescio, D. Solyandro, D. Heinsio, D. Riveto, D. Davidi de Wille, D. Rumpfo, D. Heiderisio cultum, observantiam et amorem nostrum testaberis, eorumque in te affectum constante virtutum ac cumprimis pietatis exercitio demererebis. Res nostra antiquo sunt loco. Multi nihil aperte contra nos moliti sunt à festo ascensionis, ante quod prudentia et auctoritate sua magnificae et amplissimae Senatus noster contentiosis injecta fibula, controversias nobis motas sopivit. Sed procul dubio gratum erit auditu istis, apud quos in itinere causam nostram tam strenue, tamque sapienter egisti. Salutem tibi scribit tota familia nostra et

prosperissima studiorum militarium successum exitumque,
 et quae animo tuo grata acciderent, possunt, amicitia apprecatur.
 Ego vero apud Dominum patrem vestis tuis nunquam deero. Haec
 scriptum, mi vultissime Roderice. Bene vale ac milita bo-
 nam militiam, retinens fidem ac bonam conscientiam, ut
 tuis amabaturois tibi tuis tuis exarabubar, teste pro-
 solo. Brevis 4. kalend. Septembris A. D. M. C. XL.

Inscriptio
 Nobili ac Florentissimo Domino
 Roderico Rosen, in cohorte hato-
 riana Celsissimi Principis Franconis
 pro tempore strenue militanti, amico
 longe charissimo.

Tuus omni affectu et officio
 L. Crocius.

296

Carissimo D. Combachio H. Alting Salutem a Domino.
 Magnifice, reverende ac clarissime vir, ac Frater. Ut li-
 benter patris occupationibus tuis, quae cateratim in nova
 schola illustris ordinatione, ac gubernatione, tibi in un-
 bunt, tamen hoc, quod flagitatur, amicitia officium negare
 aut omittere, non potui. Est illud commendatio optimi juve-
 nis D. Johannis Laurentii Ottonis Palatini de Studio,
 qui apud vos conditionem quaerit. Venit ad me ab illustri
 Legato Camerario, a me porro missus ad amplissimum
 In. Commisariam Hassiacum Walthen, qui in Frisia
 Orientali metatur, cujus liberis cum laude profuit. Et
 amore studiorum perplexendorum nunc ab eis dicitur.
 Oro te per communem amicitiam nostram, ne desis
 praeclaris ipsius conatibus. Is est, qui spartam, quam natus
 fuerit, curabit summa fidei industria, et grati animi
 memoriam nunquam deponet, officia nunquam par-
 tietur desiderari. Sic vale et salve. Raptim 3. July
 1640.

Inscriptio
 Magnifico, Reverendo et Clarissimo
 viro D. Joh. Combachio Illustris scholae
 Bremensis Rectori ac Theologo dignissimo
 Bremensi.

M. et R. T.
 studiosissimus
 H. Alting.